



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Z
6621
R
G 59



BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANUSCRIPTI RECENSITI

IUBENTE

LEONE XIII PONT. MAX.




PONTIFICATUS ANNO X



3-15-27.EHY.

© 1927 E. H. Y.

PRAEFATIO



Ref.-St.
Nord. cclvii
9-17-24
10743

PRAEFATIO

Quemadmodum catalogo nostro Bibliothecae Palatinae graecae, qui anno 1885 in lucem editus est, praefationem praemisimus, ita nobis in votis erat historiam enotare variosque casus narrare codicum Alexandrinorum, sive Svecorum reginae. Ast. vero, plurimis de causis, quod licuit nobis in praefatione ad Palatinos codices, idem praestare nolimus in sequentibus duobus catalogis, codicum nempe Pii II et imprimis Reginae Svecorum, quos illustrissima regina, Gustavi Adulphi proles, magno pretio per viros doctos, praesertim Isaacum Vossium et Nicolaum Heinsium, undique conquisiverat, quosque Alexander VIII Otthobonus Venetus, numero mille nongentos, paucis quoque a sua bibliotheca additis, Vaticanae attribuit, quemadmodum testatur inscriptio marmorea parieti affixa aulae eiusdem in qua codices Reginae adservantur. Codices enim haud pauci Alexandrini inter Otthobonianos, et aliquot inter veteres Bibliothecae Vaticanae collocati reperiuntur. Latent pariter in aliis bibliothecis exteris, praecipue Leydensi, spolia reginae Christinae

*

minime despicienda, quae ut denudare et exuere possimus, longo itinere, infirma valetudine et senectute magis magisque ingravescente nunc saltem prohibemur. Praetereaque nobis erit expectandum, donec in lucem proferatur catalogus latinorum codicum Alexandrinorum et Otthobonianorum, quos ad recensendos filio nostro Henrico Stevenson cura demandata est. Quibus rationibus aliisque adducti, existimavimus, lector benevole, praefationem in diem magis opportunum procrastinandam esse, si modo coeptis nostris annuerit summus Deus, cuius ex arbitratu omnia pendent, et quo reluctante, nihil aggredi, nihil perficere possumus. Interea adeas optimum Dudikii *Iter*, in quo, post Blumium, auctor egregie de bibliotheca Reginae Svecorum historia disseruit: *Iter Romanum, im Auftrage des hohen Maehrischen Landes Ausschusses in den Jahren 1852 und 1853 unternommen und veröffentlicht. I. Theil*, Wien 1855, p. 123 et seq.; p. 167 et seq. Ne tamen spem tuam, lector patientissime, fefellisse videamur, en catalogos duos, unum codicum Alexandrinorum, quos more sane barbaro Reginenses nuncupandi increbuit consuetudo, alterum Pii II qui dicuntur codicum graecorum, quos a Clemente XI Vaticanae bibliothecae addictos Alexandrinis tanquam appendicem adiunximus, ut fieri solet. Quibus catalogis iamdudum quidem, anno nempe 1882, mense Iunio et Iulio confectis, varii casus obstitere, quominus ante hoc tempus typis impressi in vulgus emitterentur. Nutu dixeris divino id contigisse. Illuxit quippe iam annus omnium faustissimus, quo universae terrae principes populique, dona afferentes, quinquagesimum sacerdotii natalem sapientissimi Pontificis nostri, LEONIS XIII, certatim celebrant. Quae nam igitur dona a Bibliothecae Vaticanae scriptore, quantumvis exilia admodum et tenuia, sed tamen idonea, porrigi

possint Summo Ecclesiae Romanae Antistiti, qui ipse, ut viris doctis Romam adeuntibus ad thesauros Vaticanae bibliothecae facilius pateret aditus, publicae luci catalogos committi iussit?

Eadem methodo usi sumus in recensendis graecis codicibus Reginae Svecorum et Pii II, qua in manuscriptis palatinis. De subsidiis breviter dicendum. Adhibuimus *Inventarium* anonymum codd. graecorum reginae Christinae et Pii II, cuius exemplar saeculo decimo octavo ineunte descriptum ad publicum usum in Vaticana Bibliotheca adservatur. Qui vero eiusdem catalogi auctor extiterit esset inquirendum. Sed hac de re, deque catalogo Isaaci Vossii ab Antuerpia ipsa cum bibliotheca regia misso eiusdemque adnotationibus autographis referto ¹ et de nonnullis catalogis, nobis quidem fere inutilibus, qui Parisiis, Romae aliisque in locis extant, erit potius tractandum in persequenda historia huius bibliothecae. Nec spreverimus Indicem manuscriptorum graecorum Pii II a J. Simonio Assemano olim editum ², illumque nuper a cl. v. Ludovico Duchesne summatim quidem sed docte compositum ³.

Non catalogos tantum tibi praebemus, qua potuimus diligentia et industria compositos et emendatos, singulis codicibus a nobis ita recensitis, ut nec minima ineptiaeque omitterentur; sed etiam indices omnes, ut in catalogo graeco Bibliothecae Palatinae, scribarum nempe nomina, possessorumque continentes, et codices temporum notis instructos sive carentes, indicemque nominum rerumque, qui accuratissimus ipsorum catalogorum vice fungi possit; quos

¹ Cod. Vat. 8171 (cf. apographum in cod. Vat. 7764).

² Bibliotheca Orientalis, T. I, p. 593.

³ De codicibus mss. graecis Pii II in bibliotheca Alexandrino-Vaticana, *Bibliothèque des Écoles Françaises d'Athènes et de Rome*, fasc. XIII, Paris 1880.

indices quam propense et grato animo viri docti olim acceperint, nobis per litteras et ephemeridas saepe significatum est. Indicem codicum Reginae Svecorum ab illo Pii II iusta de causa seiunximus; quum enim origo et historia utriusque bibliothecae inter se prorsus diversae sint, nefas sane fuisset unam cum altera sine discrimine commiscere, quae casu tantum coniunctae sunt.

Vale, lector humanissime, veniamque nobis clementer largitor.

Romae, Idibus Februar. MDCCCLXXXVIII.

HENRICUS M. STEVENSON Senior.

CODICES REGINAE SVECORUM GRAECI

CODICES REGINAE SVECORUM GRAECI

ACCEDUNT CODICES PII II GRAECI

1. Cod. membranaceus in f. max. saec. XI, binis columnis, Leonis Patricii sumptibus eleganter exaratus; fol. a 565, quorum numeri etiam graece in imis paginis notantur. Constitisse olim insignem codicem voluminibus duobus, cum ex orbiculis aureis, de quibus infra dicitur, tum ex indice, qui folio 4 legitur, facile apparet. Singulis fere libris sua praefigitur imago, cuius in margine versus inscribuntur iambici, litteris uncialibus miniatis descripti, argumentum imaginis paucis significantes. Praeterea, iam in ipsa codicis fronte, plures nitent picturae, quas strictim describemus: — Folium a tot orbiculos aureos exhibet, quot sunt, sive potius erant olim in codice utriusque Testamenti libri, quorum tituli, minio descripti, ipsis orbiculis includuntur. Quatuor eiusdem folii anguli imaginibus exornantur, quas supereminet, circulo circumdata, Deiparae (τῆς Θεοτόκου) icuncula. — Folio av. conspiciuntur picturae tres, quarum prima et tertia ad Paradisum spectant terrestrem; ad mare et pisces secunda, usu adeo detrita, ut fere evanuerit. — Folio l, loco picturae, habentur versus iambici, litteris uncialibus minio descripti. Inscribuntur: Ἰαμβοὶ δηλοῦντες τὸν τε ἀκριβῆ ἀριθμὸν τῶν βιβλίων καὶ τὴν σύνθεσιν παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ τὸν κτήτορα ὑποφαίνοντα τὸν ταῦτα γεγραφότα. Iambi, qui numero sunt LX, inc. Τοῦ παντάνακτος καὶ Θεοῦ Λόγου φύσει. Sequitur monitum, quo significatur, imagines omnes, quibus duo volumina instruuntur, ver-

sibus iambicis, argumenta imaginum breviter explanantibus, circumseptas esse. Inc. Δεῖ εἶδέναι ὅτι. — Folio 2 crux depingitur maxima, ex cuius radice duae exoriuntur palmae, victoriae signum, quod ipsa inscriptione IC. XC. NHKA (sic) exprimitur. Eadem crux repetita est folio 3 v. Reliquae vero duae picturae, quibus priorum imaginum agmen clauditur, ampliores sunt, maiorisque momenti. Folium quippe 2 v. speciem refert LEONIS PATRICII, Praepositi et Sacellarii, Beatae Virgini sacrum volumen porrigentis, quod sumptibus suis exarandum curaverat. Inscrubitur minio: λέων πατρίκιος πραιπόσιτος καὶ σακελ(λ)άριος προσφέρων τὴν ἐξήκοντα (sic) βίβλον τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον (sic integris litteris). Folio denique 3 effinguntur monachi duo, pedibus Sancti Nicolai hinc atque inde advoluti, quorum unus, ad dextram sancti procumbens, μάκαρ vocatur καθηγούμενος et Leonis Sacellarii frater; alter, ad sinistram eiusdem Nicolai, Constantinus Protospatharius. Subscriptio duplex sic se habet: ὁ εὐλαβέστατος καθηγούμενος μάκαρ κήμενος (pro κείμενος) πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ ἁγίου νικολάου | ἀδελφὸς τοῦ σακελλαρίου: ὁ καὶ τὴν μονὴν μετὰ Θεὸν συστισάμενος | κωνσταντῖνος ὁ ἐν μακαρία τῇ λήξει γεγὼνός (sic) πρῶτος σπαθάριος. Verba quidem ἀδελφός — συστισάμενος (pro συστησ..) ita sunt in codice disposita, ut dubitari possit, utrum ad Macarium sint referenda, an ad Constantinum. Intellegenda vero ea esse de Macario opinamur.

(VETUS TESTAMENTUM iuxta LXX interpretes) f. 5. Complectitur libros omnes a Genesi (f. 5) ad Psalterium usque (f. 490 v.). Stichorum numeri tantum ad finem Odarum Exodi notantur f. 59 v. Genesi praemittuntur: I. Paschalion (cod. πασχάλιον) compendiarium iuxta lunae cyclos f. 4.

Λ

Clauditur nomine ω $\frac{\Lambda}{\Xi}$ N, i. e. Λέων (Πατρίκιος), qui videtur non Paschalion tantum, sed integrum codicem transcribendum curasse. — II. Index librorum, qui hoc primo volumine continentur f. 4 v. — Psalterio praefiguntur: I. Eusebii Pamphili argumentum. Inc. Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν f. 448. — II. Periochae. Inc. Προτροπὴ (1... πη) θεοσεβείας καὶ ἀποτροπῆ τῶν ἐναντίων f. 448. — III. Canones νυκτερινῶν ψαλμῶν λυχνικοί. Inc. Ὁρα Ἀ. ψαλμὸς ὁ Δ. Psalterium clauditur, ut solet, V. et N. Testamenti Canticis, cum orationibus Zachariae, Symeonis, Ezechiae et Manassis (f. 559), addito Hymno matutino (ἐωθινῶ) manu recentiore scripto). Hymnus inc. Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῶ· καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη f. 559.

2. Membr. in f. saec. XII, ab Ignatio monacho exaratus; fol. 326, quorum priora aquis maculata, cum scripturae detrimento. Verba plurima vetustate consumpta. Inscriptiones litteris rubris. Olim

Ioannis Camerarii (Dalburgii) episcopi Wormaciensis a. 1485, cuius nomen in imo folio primo legitur.

(IOANNIS CHRYSOSTOMI Homiliae XLIV-LXXXVIII in S. Ioannis Evangelium) f. 1. In summa pagina leguntur haec: βιβλίον τὸ β̄ κατὰ Ἰωάννην τῆς μονῆς τῶν σπ̄ι'· καὶ ἡ (L. εἶ) τις ἀφέλ(η) αὐτὸ ἀπὸ τῆς μον(ῆς) νὰ ἔχει (= ἔχη) τὸ ἀνάθε(μα) τῶν ἀγ(ίων) π̄ρ̄ων (= πατέρων).

Subscriptio scribae f. 326 v.: ἐγράφει (- η) αὐτῆ ἡ ἱερὰ (sic) βιβλος, χειρὶ ἰγνατίου μοναχοῦ, τοῦ καὶ ἀμαρτ(ωλοῦ): ~ Infra, litteris minutioribus: μνησ̄^{θ'τ} (μνήσθητι) μου κ̄ε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· τῶ (sic) ἀναξίω λ̄^τ (λεοντίω) πρ̄^{τ'ρ} (πρεσβυτέρω) τῶ πολλὰ καὶ ἀμαθεία (?) πλημμελήσαντι ἀλλ' ὅς (ἀλλ' ὡς) προσεδέξω τὴν πόρνην καὶ τὸν ἄσωτ(ον) καὶ ληστὴν καὶ τὸν τελώνην (litteris ελ oblitteratis, et ων blattis corrosis) οὔτος (οὔτως) κάμοι φιλανῆ (φιλάνθρωπε) οἰκτεῖρον καὶ σῶσον. E regione subscriptionis habentur haec: « *uisito mi Bartolomeo Bardella* ». In summa columna altera folii 326 v.: εὔχεσθε καὶ ἡ̄ (μοναχὸν) λεόντιον τὸν καὶ πρε(σβύτερον) τὸν ἀνάξιον καὶ ἔσχατον πάντων ἀν̄ων (ἀνθρώπων).

3. Membr. in f. saec. XI, minutissima littera et elegantissime scriptus; fol. 256, quorum priora mucore valde maculata.

(Commentarius anonymi in Lucae Evangelium), initio mutilus. Inc. Νόμοις κηρυσσομένων λόγων f. 1. — Argumenta in ima singulorum foliorum pagina rubris solent significari litteris. In margine capita notantur negliger scripta; ubi et nomina auctorum, quorum plurima prorsus oblitterata vel omisa. Citantur: Anastasius, anepigraphus, Apollinaris, Caesarius Gregorii Naz. frater, Chrysostomus, Cyrillus, Isidorus, Origenes, Photius, Severus, Titus.

(Commentarius anonymi in Ioannis Evangelium). Inc. Τοῖς ἔρτι τῶν παιδῶν εἰσαγομένοις πρὸς τὰ μαθήματα f. 119 v. Omisa sunt in margine auctorum nomina, et in ima pagina argumenta; capita pariter omisa recentior supplevit scriba in scheda membranacea, folio ultimo adglutinata.

4. Membr. in f. binis columnis, saec. IX-X.

Io. CHRYSOSTOMI in (Pauli) ad Romanos epistolam commentarius. Habentur tantum λόγοι XXII priores, in duos distincti libros, quorum prior (f. 1-166 v.) sermones complectitur I-XIV; alter XV-XXII (f. 167 ad finem). In ultimo folio superest tantum inscriptio λόγος κ̄γ. Desunt ergo λόγοι XXIII-XXXII. Liber prior inc. Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων.

Folio praevio, et ipso membranaceo, leguntur sequentia mirum quantum mendose scripta: ὃ πῶλοι στένακτε τοῦ βίου χρῶναι πῶλοι φρῶν τίς τε μων ασ τῶν καὶ μιγάδων πλάναιτων ναίων καὶ λείπι γιρα λαῖον πάντας· εἰσάγης μετὰ λύπην εἰς ἃ δὴν. Quae sic emendanda sunt: ὃ πολυστένακτε τοῦ βίου

χρονο, πολυφρόντιστε μοναστῶν καὶ μιγάδων, πλάνε τῶν νέων καὶ λύπη γεραλέων, πάντας εἰσάγεις μετὰ λύπην εἰς ἔδην. Sequitur nomen per compendium scriptum, quod Theophylacti esse videtur.

Eodem folio, a tergo: ἡ βίβλος αὕτη μονῆς περιβλέπτου τῆς κημένης (κειμ.) ἔγκηστα (ἔγγιστα) τῆς ψαμμαθείου· ἦν (ἦν) ἐκ βάρων ἡγηρε (ἡγειρε) ῥωμανὸς ἄνωθεν. Denique haec: Θεοφίλω μοναχῶ καὶ τάχα βακενδίτης (sic).

5. Chartac. in f. saec. XIV, fol. 486. Olim I. Vignierii I. C. Folio 1 v. tabulam adiecit manus latina recentior, qua Evangeliorum huius codicis στιχομετρία confertur: I cum alia ex antiquissimo codice quodam, cuius neque numerus indicatur neque origo; II cum codice veteri latino qui ab utroque dissentit.

(PETRI LAODICENSIS in Matthaei Evangelium commentarius). Male codex: Βασιλείου τοῦ μεγάλου. Inc. Ἡ βίβλος γενέσεως ἐστὶ (sic) τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος δ'αὐτῶν κατὰ σάρκα f. 2. Media pagina folii 29 v., ubi de Petri socru sermo est, nonnulla desiderantur. Argumenta in summo folio suo quaeque loco significantur. Integrum commentarium sequitur folium 138 vacuum.

(VICTORIS ANTIOCHENI in Marci Evangelium commentarius). Inc. Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαίου καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς συνταξάντων ὑπομνήματα f. 150. Praeit argumentum, idem quod iam supra una cum commentarii initio exscripserat librarius (f. 139-146). Folia 225-226, paucis versibus exceptis, sine scriptura, incolumi tamen commentario.

(ΤΙΤΙ, Bostrorum Episcopi, in Lucae Evangelium commentarius). Inc. Ἐπειδὴ περ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν f. 227. Absolutum opus excipit folium 368 sine scriptura. Praefigitur argumentum Evangelii f. 226 v.

(Anonymi in Ioannis Evangelium commentarius). Inc. Οὗτος ὁ εὐαγγελιστῆς πατρίδος μὲν ἦν ἡτοι κώμης εὐτελοῦς f. 370. Clauditur verbis: Τέλος τῶν σχολίων τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου.

6. Bombyc. in f., bina manu saec. XIV exaratus, fol. 336. Altera manus exscripsit tantum folia 189 v.-205 v. Olim Ignatii Chortasmeni, Macarii, Demetrii Leontarii; denique Christiani Ravii Berlinatis. Folia etiam numeris graecis signantur. Folio primo recto, praeter possessorum nomina, locus ex Theodoro praebet, qui incipit: Μηδεὶς τοίνυν οἰέσθω θηρίων καὶ ἀλόγων ζῶων εἰκόνας ἔχειν τὰς ἀοράτους δυνάμεις. Clauditur haec pagina disticho iambico: Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς ἦδε βίβλος ἐγράφη, || ἦν ὡς ποθεινὴν λάμβαν' ἐς χεῖρας, ξένη.

NICETAE, Naupacti Episcopi, in Matthaei Evangelium commentarius, ex variis PP. et imprimis ex Chrysostomo collectus; cum scholiis et

capitum numeris in margine. Verba Matthaei (τὰ κείμενα) rubris distinguuntur litteris. Commentarius inc. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μὴ δὲ (sic) δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοήθειας f. 2. Commentario praemittuntur (f. 1 v.): I. Index capitum Matthaei, initio mutilus. — II. Eusebii Pamphili tractatus: Ποῦ ἐγράφησαν τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια καὶ τίνος ἀντίτυπα γεγόνασιν. Inc. Τὸ κατὰ Ματθαῖον ἐγράφη ἐν τῇ ἀνατολῇ ὑπὸ Ματθαίου. — III. Epigramma tetrastichon in commentarium Nicetae. Inc. Πολλῶν πόνων ἔρανος ἠκριβωμένος || οὐδὲν περιττὸν οὐδὲν λοιπὸν ἐνθάδε. Infra, possessoris subscriptio (monocond.): ὁ ταπεινὸς μετροπολίτης Σουλῆβρίας Ἰγνάτιος. — IV. (f. 2) verba sequentia, quibus commentarius noster Theophylacto Bulgariae Episcopo abiudicatur: † ἀξιολογώτατον βιβλίον καὶ δυσσεύρετον. † ἐξήγησις θαυμασιωτάτη καὶ πλουσία καὶ κρείττων ἢ κατὰ τὴν τοῦ βουλγαρίας (scil. episcopi Theophylacti). ἔστι δὲ τὸ βιβλίον πᾶν ὀρθώτατον. E regione, in margine, scholiolum, in quo Theophylacto, ut videtur, adscribuntur commentarii in Psalmos, in epistolas Pauli, in catholicas inque Acta apostolorum; exit in verba: εἰ δὲ καὶ τινα ἕτερα οὐ γινώσκω· ταῦτα γὰρ καὶ μόνα ἦλθον εἰς χεῖρας ἐμὰς.

(Eiusdem NICETAE) Commentarii in Evangelia Marci, Lucae, Ioannis, et in Acta Apostolorum, cum scholiis, capitumque numeris in margine. — I. Marc. inc. Τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μετὰ δέκα ἔτη τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως f. 75 v. — II. Luc. inc. Λουκᾶς ὁ θεῖος Ἀντιοχεὺς μὲν ἦν· ἰατρὸς δὲ f. 94. Folio 134, quo clauditur commentarius, in ima pagina leguntur quatuor disticha iambica, quae inc. Κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ λιτάς, σῶτερ, δέχου. Alia occurrunt infra, quorum, bibliopegi culpa, vix vestigia supersunt. — III. Ioann. inc. Ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοθαί f. 134. Integrum commentarium sequuntur folia 182 v.-184 sine scriptura. — IV. Acta Apostolorum inc. Οὐκ ἔλαττον τῶν ἱερῶν καὶ θεῶν εὐαγγελίων f. 185.

Laudantur in hoc commentario: Ammonius, anepigraphus, Arsenius, Athanasius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Eusebius Emesenus, Gregorius Nyssenus, Hesychius Presbyter, Irenaeus, Nicolaus Presbyter, Severianus, Severus Antiochenus.

(THEOPHYLACTI Bulgariae ep. in Pauli epistolas commentarius), cum scholiis alicubi in margine et lemmatis, praeviis argumentis· f. 208. Scholii prolixo scriptori, quod in fronte commentarii minio depictum legitur, persuasissimum est, commentarium auctorem habere non ipsum Theophylactum, sed NICETAM Naupacti episcopum, Bulgarii vestigiis imprimis insistentem: ὅθεν, pergit scholium, καὶ πέπεισμαι τῷ Ναυπάκτου ταύτην (i. e. τὴν ἐξήγησιν) προσκεκληρωθεῖσαι, δεινασαμένῳ (cod. δεινασάμενος) τὰ πλείω παρὰ τοῦ βουλ. Commentario argumenta in singulas epistolas constanter praefiguntur. Primum argumentum in Epistolam ad Romanos inc. Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θεῶν γραφῶν, εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἄγει f. 208. — Ad Corinthios α' f. 226;

β' f. 244 v. — Ad Galatas f. 259 v. — Ad Ephesios f. 267. — Ad Philip-
penses f. 277. — Ad Colossenses f. 283. — Ad Thessalonicenses α' f. 290;
β' f. 294. — Ad Timotheum α' f. 297 v.; β' f. 305. — Ad Titum f. 310. —
Ad Philemonem f. 313. — Ad Hebraeos f. 314 v. — In summa pagina
folii 208 leguntur iambi XII, qui inc. Ἄπερ θίασος πατέρων θεωφρόνων.
In imo fol. 228 v. possessoris nomen Ὁ Λεοντάρης; et f. 244, in ima pa-
gina, Δημήτριος ὁ Λεοντάρης.

(Scholium in verba Apocalypsis: Et ostendit mihi fluvium aquae
vitae etc. XXII, 1, 2). Inc. Διττὴν ἴσμεν τοῦ ποταμοῦ τὴν ὠφέλειαν
f. 336 v. — Clauditur demum codex fragmento Chrysostomi homiliae in
illud: Cantate Domino canticum novum (Psalm. XXXII, 3). Inc. Ἔστι
μοι θυσία καθαρὰ.

Folio 205 v., quo desinit Nicetae in Acta Apostolorum commentarius,
subscribuntur sequentia manu rudissima, ab illa codicis librarii prorsus
diversa: τὸ παρὸν βυβλίον ὑπάρχειν (ὑπῆρχεν), πρῶτον (πρῶτον) μὲν τοῦ ἁ^Γ
ὀτ(ά)τ(ου) (ἀγιωτάτου) ἀρχιερέως συλ(η)βρίας κυροῦ ἰγνατ(ίου) τοῦ χορτασμένου.
αὐτὸς δὲ ἀφήκεν (sic) αὐτὸ πρὸς τον αἰ αὐτοῦ (πρὸς τὸν ἑαυτοῦ) ὑπουργὸν χάρη
εὐχῆς (χάριν εὐχῆς) κυρὸν μακάριον· καὶ καθηγοῦμενον (sic) τῆς ἀγίας μαρινης
τῆς οὔσης ἐν τῇ αὐτῇ πόλ(ει)· οὗτος (sic) δὲ ἀπεχαρίσατω (sic) ἐμὲ (sic) δημη-
τρ(ί)ω τὸ λεοντ(ά)ρ(η)· ἐγράφη δὲ (non codex) καὶ παρ' ἐμοῦ οἱ κί ὁ χυρὶ
(οικεία χειρὶ) δι' ἐνθύμησην· ἐν μινὶ ἰου^{λλ'} κς N⁹⁵ (ἰνδικτιῶνος) θ^{ης} ἔτους ς Ϟ ν δ'
(a. 1446)· ὅταν ἐφύ^ρ ὁ δεσποτ(ης) κυρ(ός) θ^ε (?) καὶ ἀπύ^ρ (ἀπήγε) εἰς τ(ὴν)
συλυβρίαν καὶ πάλην (sic) ἐπανήλθεν (sic) ὧδε (ὧδε).

Folio 206 leguntur haec: « *Iste liber est domini demetrii Leontarii
et litere sūt demetrii biscontis et Viterbi scripte autem in ciuitate no-
minate (sic) metres. tu autem domine nos conserua et ab omnibus uiciis
et voluentes (sic) nos extrae. Amen* ». — Repetitur infra bis nomen Ignatii
Chortasmeni.

7. Chartac. in f. saec. XV, initio ac fine mutilus, fol. 183, quorum
complura aquis inquinata, et 16^{um} lacerum. Olim Burdeloti.

(Catena Patrum in Genesisin), fine mutila. Incipit a Theodoreti verbis,
monente in margine I. B. Pitra: Οὐδὲν στερρόν εἶχον οὐ δὲ (sic) βέβαιον οἱ
νομοθετούμενοι: f. 1. Nomina Patrum rubris sunt scripta litteris, non quidem
in margine, sed in medio operis contextu, ante singulorum excerpta.
Verba libri Genesis, rubris distincta litteris, commentario praemittuntur,
qui clauditur Theodoreti exegesi in cap. III, 8.

Laudantur: Acacius Caesariensis, Anonymus, Apollinaris, Athanasius
Alex., Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alex., Cyrillus Hierosol., Cyrillus
(sine cognomento), Didymus, Diodorus, Dionysius Alex., Ephraem, Epi-
phanus Cyprius, Eusebius Emesenus, Eusebius Pamphili, Eusebius Episc.,
Gennadius CP., Gregorius Naz. et Nyssenus, Hippolytus Ep. Romanus,

Irenaeus, Isidorus Pelusiota, Methodius Ep. et Mart., Origenes, Petrus Alex., Serapion Ep. Thmuitanus, Severianus Gabalensis, Severus Antiochenus, Theodorus, Theodoretus, Theophilus Alexandrinus.

(Catena in Canticum Canticorum), consarcinata ex interpretationibus Theodreti Cyrensis, ex Gregorii Nysseni, Nili et Maximi paraphrasi, nec non ex Michaëlis Pselli exegesi, versibus scripta politicis, ita tamen, ut non excerpta, sed singulorum singuli commentarii, alternis vicibus, integri praebeantur f. 65-71 v.; 72 v.-183. Theodreti commentarius inscribitur: Τοῦ μακαρίου Θεοδώριτου ἐπισκόπου Κύρου ἐρμηνεία εἰς τὸ ἄσμα τῶν ἁσμάτων τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ, Θεοδώριτος. Inc. Ἡ τῶν θείων λογίων ἐξήγησις f. 65. — Paraphrasis inscribitur: Ἐτέρα ἐρμηνεία καταπαράφρασιν (sic) τοῦ ἁσματος τῶν ἁσμάτων, συλλεγείσα ἀπὸ τε τῶν εἰς τοῦτο ἐρμηνειῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Νείλου καὶ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Inc. Ἐπειδὴ καὶ τὰς παροιμίας καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σαλομῶν ἤσεν f. 72. Sequentia quaerenda f. 73 v. — Michaëlis Pselli exegetica inscribitur: Ἐτέρα ἐξήγησις εἰς τὸ ἄσμα τῶν ἁσμάτων ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ Ψελλοῦ διαστίχων (sic) πολιτικῶν. Inc. Ἐπεὶ περὶ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὃ στεφηφόρε f. 72. Versus continua serie scripti punctis tantum inter se distinguuntur. Codex fine mutilus, integro tamen Pselli commentario.

8. Bombyc. in f., duabus columnis, saec. XIII, fine mutilus; fol. 167, quorum 41-48 a bibliopecto inversa. Numeri quaternionum per integrum codicem suo quisque loco in imo margine graece significantur.

(S. EPHRAEMI Syri Paraenesis XIII-XLIX). — Paraenesis XIII, initio mutila, inc. . . . (ἐάν) ἡμεῖς ὤμεν ἀνυπότακτοι, πῶς τὴν ὑπακοὴν ἐκδιδάξωμεν (sic) τοὺς μικροτέρους; f. 2. Ultima (XLIX) inscribitur: Περὶ διαφορᾶς τοῦ μοναχικοῦ βίου ὑπὲρ τὸν κοσμικόν. Inc. Ἀγαπητὲ ἀδελφέ, ἐάν ἀποταξάμενος f. 58 v. Nullo signatae numero, plerumque inscribuntur: Παραίνεσις τοῦ αὐτοῦ ἑτέρα. Argumentis in fronte instruuntur tantum paraenesis XXIX, et XXXIII-XLIX.

Eiusdem Sermones ascetici XL. Primus inscribitur: Λόγος ἀσκητικὸς ὁ μέγας. Inc. Ὁ πόνος τοῦ λέγειν ἀναγκάζει μαι (l. με) ἡ δὲ ἀναξιώτης μου σιωπᾶν ἐπὶ τῆμά μοι (ἐπιτιμᾷ μ.) f. 74 v. Ultimus: De Poenitentia, fine mutilus. Inc. Καρπὸς πολυφόρος ἐστὶν ἡ μετάνοια f. 155 v. Desin. εἰ (sic) μὴ γὰρ κοιμῆ θῆ κατεσπέραν (l. κοιμηθῆ καθ' ἑσπ.) . . .

9. Membr. in 4, forma quadrata, saec. X, fol. 197. Olim Matariotae Metropolitae (f. 180).

Catena Patrum in Ioannis Evangelium. Inscr. Ἐρμηνεῖαι (sic) διαφόρων ἐρμηνευτῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἅγιον εὐαγγέλιον. Scholia uberrima, fine mutila, minutioribus scripta litteris, Evangelii verba quaquaversum circum-

sepiunt. Inc. Πᾶσα μὲν ἡ τῶν εὐαγγελίων φωνὴ μεγαλοφρεστέρα λοιπῶν τοῦ πνεύματος διδαγμάτων, f. 1. — Foliis 163 v., 164-165, litterae infimae in longum miro modo productae, in marginem inferiorem procaciter erumpunt, cometarumque instar, stellulis extrema parte exornantur. — Usus est hoc codice A. Mai, qui, in schedula inter f. 17 et 18 inserta, folia adnotavit, quibus Mopsuesteni inedita occurrunt.

Laudantur, nominibus in margine per compendium scriptis: Apollinaris, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus (sine cognomine), Didymus, Hera(cleota?), Isidorus (Pelusiota), Maximus, Origenes, Photius, Theodorus Mopsuestenus.

10. Membr. in f. min. saec. XI, initio mutilus; fol. 318. Olim Alexandri Petavii, Pauli f., senatoris parisiensis a. 1647. Folio praevio, a tergo, inest index rerum latine, ab Al. Petavio scriptus. Foliorum numeratio duplex, in summo et imo margine. Litterae primae cuiusque libri species exhibent hominum, animalium etc.

VETUS TESTAMENTUM, a Genesi ad Danielelem usque, cum lemmatis graece, et alicubi scholiolis, partim manu recentiore scriptis. Librorum inscriptiones minio depictae; nonnullis, loco simplicis tituli, praemittitur monostichum iambicum, e. g. ἐνταῦθα πέλει ἀρχὴ τοῦ Λευιτικοῦ. — Genesis desiderantur quinque capita priora, monente iam Petavio. Inc. Λάμεχ ἔτη ψνγ. καὶ ἀπέθανε f. 1. — Exodus f. 21. — Leviticus f. 52 v. — Numeri f. 75 v. — Deuteronomium f. 107. In fine subscriptio: Ἄυτη ἐστὶν ἡ πεντάτευχος μωσῶς. — Iosue f. 133 v. — Iudices f. 255. — Ruth f. 176. — Maccabaeorum libri IV f. 178 v.-229 v. Liber IV inscribitur: Ἰωσήφου φιλοσόφου εἰς τοὺς ἀγίους Μακκαβαίους. Inc. Φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων f. 229. — Esdrae libri II f. 240 v.-254 v. Adnotavit Petavius in margine: *Esdrae liber 2 qui tertius et quartus in editione regia anni 1570 latine tantum editus.* — Esther, additis verbis: Οὐκ ἐκκλησιάζεται f. 259 v. — Iudith: Οὐκ ἐκκλησιάζεται f. 278. — Tobias f. 291 v. — Vita Secundi philosophi: Οὐκ ἐκκλησιάζεται. Inc. Σεκοῦνδος ἐγένετο φιλόσοφος f. 299. Subscriptio: τῷ δακτύλῳ γράψαντι· τῷ κεκτημένῳ· τῷ ἀναγινώσκοντι μετ' εὐλαβίας. φύλαττε τοὺς τρεῖς ἢ τριάς τρισολβίως. — Besti Danielis Prophetæ indicia, visionesque XIII et somniorum interpretationes f. 303.

11. Membr. in f., saec. XII, fine mutilus, fol. 168.

(Epistolarium, Graecis Ἀπόστολος, sive Πραξαπόστολος dictum, ex Actibus Apostolorum, Epistolis Pauli, et Canonicis, nec non Apocalypsi compositum). Incipit a Dominica Paschatis, et quidem ab Antiphona α: Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ f. 1. — Acta Apostolorum f. 1 v. — Epistolae Paulinae f. 30. — Epistolae Catholicae, Iacobi, Petri, Ioannis f. 148. Codex,

fine mutilus, clauditur feria II^a Hebdomadae XXXV^{ae}, et quidem verbis: οὐκ ἔγραψα ὑμῖν, ὅτι οὐκ οἶδατε τὴν ἀλή... (I. Ioann. II, 21). Desunt ergo reliqua primae Ioannis epistolae et duae sequentes cum epistola Iudae et Apocalypsi.

12. Membr. et chart. in 4 mai.; fol. 339, quorum 1-219; 291-298 membr. saec. XI; cetera suppleta chart. saec. XV. Folia membranacea in binas distincta columnas; plura sua sede mota. Aquis maculatae membranae codicis, in quibus voces plurimae, imo integrae paginae aevo consumptae sunt. Scriptura vitiosissima, alicubi rescripta.

(EVANGELIARIUM, seu Lectiones e quatuor Evangeliiis, ad usum singulorum dierum et festivitatum). Singulis lectionibus praefiguntur solitae rubricae. Litterae primae pergrandes depictae. — Evangelium Ioannis f. 1. Exit imperfecte in verba: ἔξεν (sic) τις διψᾷ (sic) ἐρχέσθω πρὸς... (cap. VII, 37). — Evang. Matthaei f. 39-104; 138-165. Initio mutilum incipit a feria secunda Quadragesimae, et quidem a verbis: ... εἶπεν ὁ κύριος· ὁράτε (sic) μὴ καταφρονήσητε (cap. XVIII, 10). — Evang. Lucae f. 151-165 et 104-137. — Ev. Marci f. 166. — Marcum excipiunt Evangelia in sacris lecta solemnitatibus et in festis Sanctorum, a mense Septembri usque ad Augustum, i. e. per integrum annum ecclesiasticum f. 291-324 v. Inc. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ᾧ. Ἀρχὴ τῆς ἡνδίκτου (sic) καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου Συμεῶν τοῦ στυλίου. Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν. — Evangelia ἑωθινά, seu matutina, f. 328. Evangelia ἑωθινά ἀναστάσιμα ια', f. 328 v. Clauditur codex undecimo, quod integrum praebet.

13. Membr. in 4, saec. X, ut videtur, Scotica (i. e. Hybernica) manu exaratus; fol. 87. Voces accentibus et spiritibus omnino carent, et mendose sunt scriptae. — Prima cuiusque Psalmi littera pergrandis est et minio eleganter depicta; rudissime contra exiliores versiculorum initiales. Ex bibliotheca Guillelmi Satheri; dein P. A. Des Fontaines.

PSALTERIUM. Inscribitur: ψαλτηριον συν θῶ του ΔΑΔ κατα τον εκκλησιαστικον κατα τον αγιον: αλληλουια. Inc. Μακαριος ανηρ ος ουκ f. 1. Psalterium non est in καθίσματα distinctum. Litterae alphabeticae Psalmi CXIX (CXVIII) in margine litteris latinis minio depictis exprimuntur. Versiculi, continua serie scripti, maiuscula tantum initiali, minio exarata, inter se distinguuntur. Psalterium excipiunt: Oratio Zachariae (f. 84 v.), Symbolum fidei (f. 85), Canticum B. V. seu Magnificat (f. 85 v.), Canticum Symeonis (f. 85 v.), Oratio Dominica (f. 85 v.), Canticum trium puerorum (f. 86), initium Ioannis Evangelii, usque ad verba: δοξαν ως μονογενου (sic) απο του πατρος Ιησου της χαρις και τις αληθιας f. 87.

14. Membr. in f., saec. XI, binis columnis; fol. 394, quorum priora 37, nullo signata numero, scriptura carent, duo prima si excipiantur. Prima initialis maiuscula, in singulis homiliis, auro depicta est; minio ceterae, quae minores sunt. Inauratis lineis homiliae inter se distinguuntur. Folia 85, 101, 126 marginibus dextris carent, a bibliopecto excisis.

Io. CHRYSOSTOMI in Matthaeum homiliae L-XC. Praefiguntur argumenta Ethicorum inde ab homilia XLV^a. Inscibuntur: Τῶν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἠθικῶν (sic) ἡ δύναμις † με. Inc. Ὅτι πάντο ἡμῶν εὐθείας ὁ Θεὸς ἐντολὰς ἐδώρησατο f. 1. Ultimum argum. (XC) inc. Ὅτι οὐδὲν δύσκολον ἐπέταξεν ὁ Χριστός. Eadem argumenta, aliis tamen verbis ac brevius expressa, suo quaeque loco cinnabari significantur. — Homilia L^a, initio mutila, inc. . . . Φιλοσοφῆν καὶ τὸν Χριστὸν τιμᾶν f. 30. — Ultima inc. Πορευομένων δὲ αὐτῶν (cap. XXVIII, 11-14) f. 387 v.

15. Membr. in f., binis columnis, saec. XIII (etsi ex scriptura antiquior esse videtur), fine mutilus, et a muribus famelicis pessime habitus, pluribus etiam foliis avulsis; fol. 298. Ex bibliotheca E^{mi} Cardinalis Mazurini (f. 16). Folio praevio, sive potius scheda, indiculus inest manu recentissima exaratus. Inc. *Narratio utilis de Iosaphat filio regis auctore divo Barlamo*. Datur initium cum fine.

(MENOLOGIUM a mensis Septembris die octava, ad Februarii initium):

Sept. — ANDREAE CRETENSIS, Hierosolymitani, in B. Virginis natalem sermones duo. I inc. Ἀρχὴ μὲν ἡμῶν ἑορτῶν f. 1. — II inc. Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῆ f. 7 v. In medio mutilus, foliis avulsis.

(Io. DAMASCENI) in eandem festivitatem sermones III: I, initio mutilus, inc. . . . καὶ συγκαταβατικὴν σάκρωσιν f. 11. — II, etiam initio mutilus, inc. . . . ἡνίας ἐπὶ τὴν νόσσαν ἐπανάγων f. 15. — III inc. Πάλιν ἑορτὴ καὶ πάλιν πανήγυρις f. 25.

PHOTII Patr. CP. in eandem sermo. Inc. Πᾶσα μὲν ἑορτὴ καὶ πᾶσα πανήγυρις f. 32 v.

LEONIS Imp. in eandem sermo. Inc. Αὕτη ἡ ἡμέρα Κυρίου ἀγαλλιασώμεθα f. 39 v. Inscriptio proluxa.

IACOBI Hierosolymorum Episcopi Disquisitio in nativitate B. V. Inc. Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν f. 44 v. Est Iacobi Protoevangelium.

PROCLI, Patr. CP. Beatæ Virginis Encomium. Inc. Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν f. 53 v.

ALEXANDRI Monachi liber historicus de S. Crucis inventione. Inc. Τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας πατρικῆς δοσιότητος f. 58. Inscriptio proluxa.

ANDREAE CRETENSIS in S. Crucis exaltationem sermo. Inc. Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν f. 84.

Io. CHRYSOSTOMI S. Crucis vivificae Encomium. Inc. Τί εἶπω ἢ τί λαλήσω f. 94.

LEONIS Imp. in S. Crucis Exaltationem. Inc. Πρότερον ἐν ἱερᾷ διαγόντων ἀνθρώπων ἀγαλλιάσει f. 99.

(Auctoris incerti) de S. Crucis inventione et exaltatione liber. Inc. Ἔτους διακοσιοστοῦ τρίτου, ἐγένετο f. 103 v.

Io. CHRYSOSTOMI in Elisabeth sterilitatem et Zachariae silentium homilia. Inc. Οὐδὲν τοῖς δεσποτικοῖς ἀνυπότακτον ὄροις f. 110.

(Anonymi) in Ioannis Baptistae conceptionem Encomium. Inc. Εὐκαιρος ἡμέρα· αἰσία ἑορτή f. 113.

NICERPHORI BLEMMIDAE, monachi et presbyteri, in Ioannem Evangelistam et Theologum Encomium. Inc. Εὐαγγελιστῇ θεολόγῳ προσήκοι ἂν αἶνος εὐαγγελικός f. 120 v.

Oct. — LEONIS Imp. in Demetrium τὸν ἀοίδιμον στεφανίτην Encomium. Inc. Θαυμαστός ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ f. 134.

Nov. — Io. CHRYSOSTOMI in Seraphinos sermo. Citantur tantum prima verba, addito monito rubricato: Ζῆτει τὸν τοιοῦτον λόγον εἰς τοὺς μαργαρίτας αὐτοῦ f. 141 v.

MICHAËLIS SYNCELLI in Archangelos, Angelos, cunctasque coelestes Potestates Encomium. Inc. Τὸν μὲν λόγον ἢ προθυμία κινεῖ f. 141 v.

PANTALEONIS, Magnae Ecclesiae Diaconi, de Archangeli (Michaëlis) praestantissimis miraculis narratio. Inc. Μεγάλοι καὶ πολλοὶ καὶ ποικίλοι f. 162 v.

GEORGI, Monachi et Magnae Ecclesiae Chartophylacis, Encomia tria: I in S. Deiparam Templo redditam Deoque sacratam, secundum historiam. Inc. Φαιδρὸν τὸ τῆς παρούσης ἑορτῆς f. 199. — II in S. Deiparam quando triennis a parentibus in Templo oblata est. Inc. Καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων ἀρχὰς f. 207 v. — III in eandem festivitatem etc. Inc. Αἱ τῶν θείων πανηγύρεων ἐλλάμψεις f. 216 v.

S. GERMANI Patr. CP. Encomium in S. Deiparam, quando in Sancta Sanctorum ingressa est. Inc. Ἴδου καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις f. 224.

LEONIS Imp. in eandem festivitatem sermo. Inc. Τίς αὕτη ἡ ἀνατέλλουσα f. 228 v. Inscriptio verbosa. Clauditur sermo senario: Κάνταῦθα δόξαν τῷ θεῷ προσοιστέον.

Dec. — Io. CHRYSOSTOMI in Domini natalem homilia. Inc. Μυστήριον καὶ παράδοξον βλέπω f. 233.

BASILII, Seleuciae Episcopi, in S. Deiparam sermo, deque Christi incarnatione. Inc. Μεγάλας τῶν ἐγκωμίων εὐρήσει τις ἀφορμάς f. 238.

Ian. — Io. CHRYSOSTOMI sermo in Sancta Θεοφάνια (seu Christi baptismum). Inc. Πάντες ὑμεῖς ἐν εὐθυμίᾳ σήμερον f. 246 v.

S. GREGORII, Episc. Neocaesariensis, Thaumaturgi, in eandem festivitatem sermo. Inc. Ἄνδρες φιλόχριστοι καὶ φιλόξενοι f. 252 v.

THEODORI DAPHNOPATAE in Ioannis Baptistae manum, Antiochia adlatam, υπόμνημα sive commentarius. Inc. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερός τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε πρόδρομος f. 257.

COSMAE Vestitoris in Chrysostomi reliquiarum restitutionem sermo. Inc. Ἦκουσται πάντως ἡμῖν f. 266 v.

IOANNIS Euchaitorum (μητρο)προπολίτου in Sanctos tres orbis terrarum doctores, Basilium Magnum, Gregorium Theologum et Io. Chrysostomum Encomium. Inc. Πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλώσσαν χρυσοῦς f. 273.

Febr. — S. ATHANASH Alexandrini in Occursum Domini sermo. Inc. Τὰ τῆς παρουσίας ἱερᾶς πανηγύρεως f. 283.

S. CYRILLI Alexandrini in eandem festivitatem sermo. Inc. Χαίρε σφόδρα, θύγατερ Σιών f. 293.

S. AMPHILOCHII Iconiensis in eandem festivitatem sermo, fine mutilus. Inc. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων f. 296 v.

16. Membr. in f., saec. XIII, binis scriptus columnis, fol. 265. Olim ex bibliotheca Cardin. Mazarini.

S. EPHRAEMI Syri (opuscula varia moralia et ascetica):

I. Epistola ad Ioannem monachum, de Patientia etc. Inc. Πολλὰ παραινέσαντες τὸν εὐλαβέστατον Θεόδωρον f. 1.

II. Paraenesis IV ad monachum novitium, de Virtute. I. Inc. Ὁ Κύριος ἐπὶ σωτηρίᾳ f. 3 v. II. Inc. Προσεκτέον ἀπὸ κακῆς f. 5 v. III. Inc. Περὶ δὲ ὧν μοι λελάληκας f. 7 v. IV. Inc. Εἶπέ τις τῶν ἁγίων f. 10.

III. De Virtute capita X, praevio prologo. Inc. Ἀναγκαῖον δὲ ἀγνησάμην f. 11 v.

IV. Sermo asceticus, capitibus XII constans, in illud: Attende tibi ipsi, praevio prologo. Inc. Ὁφειλέται ἐσμέν, ἀγαπητοὶ f. 19.

V. Non esse ridendum, neque gloriandum; sed lugendum et plorandum nosmet ipsos. Inc. Ἀρχὴ καταστροφῆς f. 31 v.

VI. Consilia de Vita spirituali ad monachum neophytum, capp. XCIII. Inc. Ἐπήνεσά σου τὴν πίστιν f. 33 v.

VII. De Vita recta, capp. LXXXIX. Inc. Ὁρθοῦ βίου ὁρέγη f. 42 v.

VIII. Beatitudines. Inc. Μακάριος ὃς γέγονεν f. 50. Beatitudines aliae. Inc. Μακάριος ὃς μισήσας f. 51.

IX. Sermones paraenetici XLIX ad monachos. Inc. Δόξα σοι, ὁ Θεός f. 54.

X. Capita C (ascetica, per quaestiones et responsiones). Inc. Πῶς κτᾶται τις τὴν ταπεινοφροσύνην; f. 111 v. Quaestio LXXVII lacunosa in medio, folio avulso inter f. 123 et 124.

XI. Perfectum esse monachum. Inc. Πέρυσί μοι προσήλθον τινες f. 125 v.

XII. De Gratia divina. Inc. Σπεῦδε ἔχειν τὴν θεῖαν χάριν f. 132 v.

XIII. De Loquacitate et affectibus. Inc. Ἐπαρμέναι εἰσὶν f. 135.

XIV. (De Virtutibus et Vitiis). Inscriptio a manu recentissima. Capita XXII. Prologus inc. Μακαρίζω τὴν ὑμῶν ζωὴν f. 140 v. Cap. I. De Timore Dei. Inc. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος f. 141. Cap. XXII. De Intemperantia. Inc. Ὁ δὲ ἀκρατής f. 147 v.

XV. Reprehensio sui ipsius et confessio. Inc. Ἀδελφοί, συμπαθήσατέ μοι f. 148 v.

XVI. Ad eversionem superbiae. Inc. Ματαία πᾶσα ἄσκησις f. 151.

XVII. Sermo κατανυκτικός, seu de Compunctione animi. Inc. Δεῦτε, ἀγαπητοί f. 154.

XVIII. De Poenitentia. Inc. Καρπὸς πολυφόρος f. 159.

XIX. Sermo asceticus. Inc. Ὁ πόνος τοῦ λέγειν f. 180 v.

XX. Sermo asceticus ad imitationem Proverbiorum. Inc. Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν f. 193 v.

XXI. Ad correctionem vitiose degentium et honores appetentium. Inc. Ἀγωνιῶ, ἀδελφοί μου f. 214 v.

XXII. Reprehensio et confessio. Inc. Ἐν πολλοῖς ὑμῖν, ἀδελφοί f. 218 v.

XXIII. De Passionibus. Inc. Θέλω εἰπεῖν ἐνώπιον f. 231.

XXIV. De Compunctione. Inc. Δωτὴρ πάντων ἀγαθῶν f. 235 v.

XXV. Sermo de Compunctione. Inc. Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν f. 238.

XXVI. Alius de eadem. Inc. Κατανύγηθι, ψυχὴ μου f. 239 v.

XXVII. Sermo paraeneticus. Inc. Πρόσεχε σεαυτῆ, ὦ νεότης f. 241 v.

XXVIII. Sermo tetrasyllabus. Inc. Νικηθεὶς δὲ κατὰ κράτος f. 246.

XXIX. Sermo heptasyllabus. Inc. Εἰδότες οὖν, ἀδελφοί f. 246 v.

XXX. De Timore animi. Inc. Ἐγὼ Ἐφραὶμ ἁμαρτωλὸς f. 247.

XXXI. Precatio. Inc. Ἥμαρτον εἰς οὐρανόν f. 248 v.

XXXII. Sermo ὑπομνηστικός. Inc. Πᾶσαν ὄραν, f. 249.

XXXIII. Quomodo anima tempore tentationis Deum precari debeat. Inc. Ψυχὴ τεθλιμμένη f. 252.

XXXIV. De Iudicio et Compunctione. Inc. Δεῦτε, πάντες ἀδελφοί f. 254 v.

XXXV. De Beatitudinibus et miseriis. Inc. Μακάριοι οἱ τὸν Θεόν f. 258.

XXXVI. Precatio ad Deum. Inc. Ἰασαί με, Κύριε, f. 259.

XXXVII. Sermo in secundum Christi adventum. Inc. Προσέλθετε καὶ δεῦτε f. 260.

XXXVIII. Sermo de Fide. Inc. Ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ f. 262 v.

17. Chart. in f., saec. XVII, fol. 24. Folio primo, a tergo, index rerum latinus.

S. ATHANASI Sermones III:

I. Quod Dionysius Alexandrinus Episc. adversum Arianam haeresin senserit, ut et Nicaena synodus etc. Inc. Βραδέως ἐδήλωσας f. 2.

II. Cur alias scripserit epistolas. Inc. Διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου f. 6 v.

III. De Arianorum astutia et hypocrisi etc. Inc. Πάντα μὲν ὅσα ὁ Κύριος f. 12.

18. Membr. in f., duabus columnis, fol. 251. A Theodoro monacho a. 1073 exaratus, et a Theodoro Grammatico, regnante in Bulgaria Callimano Asan, Ioannis Asan filio, a. 1243 pretio comparatus. Littera prima singularum homiliarum grandior eleganter depicta; maiusculæ minores rubro colore. — Folio praevio fragmentum inest, initio ac fine mutilum, commentarii, ut videtur, in Pauli epistolam ad Romanos, prima pagina aevi iniuria fere oblitterata.

Index λόγων ξθ' S. Basilii cinnabari descriptus f. 1.

ΓΕΩΡΓΗ ΜΟΝΑΧΗ in Basilii Magni opera senarii X, pariter cinnabari descripti. Inc. Ἄλλος μὲν ἄλλα συλλέγει καὶ συνέχει || χρυσόν· λίθους· μάρμαρον· ἔσθη ποικίλα· || ἐγὼ δὲ τοὺς σοὺς ὡς μέγα (sic) πλοῦτον λόγους· || μέγιστε Βασίλειε, θαῦμα τῶν λόγων. Exeunt in versum: Γεώργιος σὸς ἐν μονασταῖς οἰκέτης f. 2 v. Excipit senarios aenigma iambis decem constans, alia manu festinanter nigris litteris scriptum. Inc. Γυνή ζύμι (ζύμη) βέλτιστε καὶ σάτα τρία.

(S. BASILII M. Homiliae et Epistolae variae):

Homiliae in Psalmos: I f. 3, VII f. 14, XIV f. 25 v. et 33, XXVIII f. 41 et 54, XXIX f. 59, XXXII f. 67, XXXIII f. 79 v., XXXVII f. 99, XLIV f. 108, XLV f. 121 v., XLVIII f. 129 v., LIX f. 143 v., LXI f. 148 v., CXIV f. 155, CXV f. 161, CXXXII f. 166 v.

Homiliae aliae:

I. Contra Sabellianos, Arianos et Anomoeos f. 168 v. — II. Non enunciandum, Tres esse Deos f. 177. — III. Deum esse incomprehensibilem f. 180 v. — IV. In illud Evangelii: De die illo et hora nemo scit, nisi Pater meus f. 207. — V. Episcopus non esse pecuniae causa ordinandos f. 210 v. — VI. In S. Pascha f. 211.

Epistolae (quarum plures homiliis commixtas in sedem suam reponimus): Ad Epiphanium ἀνεπίγραφοι II f. 268. — Ad Occidentis Episcopus epp. III f. 186 v., 188, 191 v. — Sozopoli agentibus f. 194 v. — Ad Amphiloichium epp. III f. 197, 234, 243 v. — Ad Chilonem discipulum f. 199 v. — De non iureiurando f. 206. — Ad Canonicas f. 207 v. — Ad Olympium, qui eum donis honestaverat f. 213. — Ad Gregorium, de vita in solitudine degenda f. 213 v. — Ad Episcopum ad Synodum vocatum, nec obedientem etc. f. 219. — Ad calligraphum στρεβλοστιχοῦντα f. 219 v. — Ad Nectarium consolatoria de filio amisso f. 220. — Ad eiusdem coniugem consolatoria f. 221 v. — Basilii et Libanii epistolae ἀμοιβαῖαι XXI f. 223. — De perfectione vitae monasticae f. 231. — Ad Antipatrum Praefectum f. 235 v. —

Antipatri epistola ad Basilium f. 251. — Ad Athanasium Alexandr. epp. V f. 236, 236 v., 238, 238 v. 239 v. — Ad Athanasium, patrem Athanasii Episcopi (Ancyran) f. 242. — Ad Ambrosium, Episc. Mediol. f. 243.

Fragmentum Epistolae anonymi ad monacham quamdam, alia manu saec. XIII scriptae. Mendis omnimodis scatet. Inc. Καλογρατά μου, ἄρτι ἡῦρον γραμματοβιβλιοκομιστήν οἶον ἐβουλόμην f. 251 v.

Subscriptio librarii f. 251: ἐτελειώθη ἡ δέλτος αὕτη σὺν τῇ ἐτέρᾳ ταύτης δευτέρα βίβλω διὰ χειρὸς θεοδώρου ἁ(μοναχοῦ) μην(ι) φεβρ(αρίῳ) ἔγ̄ ἰνδ(ικτιῶνος) ἰᾶ ἔτους Ϝφπᾶ (a. 1073). Subscriptionem excipiunt sequentia, alia manu saec. XIII properanter exarata: † φέρει (pro φέρε) γαλατας (sine accentu) τῇ μονῇ τοῦ προδρόμου τὴν βίβλον ταύτην ψυχικῆς σωτηρίας †.

Subscriptio possessoris f. 251 v.: † ἡγοράσθη ἡ παρούσα (sic) βίβλος διὰ θεοδώρου γραμματ(ικ)οῦ μετὰ τὴν ἐπιδρομὴν τῶν ἀθέων ταρτάρων, βασιλεύωντος (sic) ἐν τῇ βουλγαρία καλλιμάνου τοῦ ασαν (sic) υἱοῦ ἰω(άννου) τοῦ ασαν εἰς ὑπέρπερα (solito compendio, omisso numero) ἐνέτη (ἐν ἔτει) Ϛψνᾶ (a. 1243) ἰνδικτιῶνος (cod. N) ᾠ. καὶ οἱ ἀναγυῖνώσκοντες (sic) εὐχεσμοὶ (l. εὐχεσθέ μοι) τῷ ἁμαρτωλῷ. ὅπως εὐχαῖς ὑμῶν ῥυσθῶ τῆς αἰωνίου κολάσεως. Sunt et alia in fine codicis nullius momenti.

19. Membr. in f., saec. XI, fine mutilus; binis scriptus columnis usque ad f. 230; fol. 239. Littera prima, in singulis orationibus, venuste depicta; ceterae initiales aureae partim, partim rubrae.

GREGORII THEOLOGI Orationes XVI priores, alia serie quam in edd.: I. In S. Pascha et in Tarditatem f. 1. — II. In Pascha f. 3. — III. In novam Dominicam, et in Mamantem martyrem f. 21. — IV. In Pentecosten f. 26 v. — V. In Maccabaeos f. 36 v. — VI. In S. Cyprianum etc. f. 45. — VII. In Verba et in Iulianum Exaequatorem etc. f. 55. — VIII. In Christi natalem f. 63. — IX. In Basilium M. oratio funebris f. 72 v. — X. In Athanasium Alexandrinum f. 119. — XI. In Θεοφάνια, seu Christi natalem f. 137. — XII. In sanctum Φώτισμα, seu Baptismum f. 147 v. Excisum ornamentum inscriptioni praefixum, ut et in oratione sequenti. — XIII. In S. Gregorium Nyssenum, Basilii fratrem f. 175. — XIV. Ad CL episcoporum coetum (valedictoria oratio) f. 179. — XV. De amore pauperum f. 194 v. Margines foliorum 216-217 excisi. — XVI. In patrem silentem ob grandinis plagam f. 217.

(NONNI ABBATIS) Collectio et interpretatio historiarum (graecarum), quarum meminit (Gregorius Nazianzenus) in oratione de Sacris luminibus f. 230. Historiae sunt numero XXIV. Omittitur hic et infra auctoris nomen. — (Eiusdem) Collectio et interpretatio historiarum, quas refert Gregorius in Laudatione funebri Basilii f. 235. Fine mutila interpretatio clauditur Historia XX de Mausolo Care, et quidem verbis: γράφεται δὲ καὶ ὁ Καρικὸς τάφος, ἐν ἡ κτητικὸς...

20. Membr. in f., binis columnis, saec. XI, fol. 276. Inscriptiones omnes venustissimae, et eleganter depicta prima littera in singulis orationibus; aureae initiales omnes, quibus capita inter se distinguuntur.

S. GREGORII THEOLOGI Orationes XVI: I. In S. Pascha et in Tarditatem f. 1. — II. In S. Pascha f. 3 v. — III. In novam Dominicam f. 23. — IV. In Pentecosten f. 29 v. Fine mutila exit in verba: τῶν καιρῶν πρεσβυτέραν· εἰ δέ τις ταύτην... — V. In Maccabaeos f. 40. Pauca a fine supersunt. Inc. . . . τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἢ δοξασθῆναι. — VI. In Cyprianum etc. f. 40 v. — VII. In Verba et in (Iulianum) Exaequatorem f. 52. — VIII. In Christi natalem etc. f. 61 v. — IX. In Basilium Caesariensem laudatio funebris f. 71 v. — X. In Sancta Lumina, cum scholiis aliquot in margine, manu recentiore scriptis, f. 124. — XI. In S. Baptismum f. 135 v. — XII. In Gregorium, Basilii fratrem etc. f. 167. — XIII. In S. Athanasium laudatio funebris f. 171 v. — XIV. Ad CL Episcoporum coetum (valedictoria oratio) f. 193. — XV. De amore pauperum f. 210 v. — XVI. In suum ipsius patrem et in grandinis plagam f. 236 v. Inter hanc orationem et sequentem Basilii plura folia avulsa. Superest tantum finis orationis cuiusdam. Inc. . . . γνοῦντες· ἐφαίνετο γὰρ ὡσπερ φῶς f. 252. Des. καὶ μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν· ὅτι αὐτῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

S. BASILII Orationes III: — I in Sancta Lumina f. 252. II et III de Ieiunio f. 263 v. 270. Tertia fine mutila.

21. Chart. in f. saec. XVI, fol. 286. Olim Burdeloti.

SYMEONIS Theologi, Presbyteri et Abbatis monasterii S. Mamantis in Xylocerco, (Quaestionum theologicarum) libri II, praevio indice in utrumque. Lib. I constat λόγοις XXIII; II λόγ. XXXIII. Inscriptiones sunt omnes, argumentorum instar, admodum verbosae. Lib. I, λόγος I: De Adami peccato, et quomodo ex eodem factus sit homo corruptibilis et mortalis etc. Inc. Ἄνθρωπος ὁ πρῶτος f. 7. Λόγ. XXIII: De participatione Spiritus Sancti etc. Inc. Ὡσπερ ἡ λυχνία f. 96. — Libro II praemittuntur senarii XXXI, qui inc. Ὁς ἂν ἐνίδῃς τῆς γραφῆς τῆ τῆς βίβλου f. 104. Λόγ. I inscribitur: Quomodo homo e paradiso eiectus veritatem amiserit, quae est Dei Verbum etc. Inc. Ὁ Ἀδάμ τῷ ψευσαμένῳ f. 108. Ultimus: De poenitentia etc. Inc. Καλὸν ἡ μετάνοια f. 272.

22. Bombyc. in f. ab Agathone monacho a. 1337 exaratus; fol. 217, quorum ultima imprimis madore deturpata.

ANASTASII monachi Montis Sina homilia in introitum (παρεμβασιν) ieiuniorum, et in sextum Psalmum: Domine, ne in furore tuo arguas me. Inc. Πρέπουσαν τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς f. 1.

(IOANNIS CLIMACI Scala paradisi) f. 19. Inscriptio proluxa, minio depicta, sic se habet: « Abbatis Ioannis eximii sane monachi montis sacri Sina, cognomento Scholastici, liber asceticus Φωτισμὸς nuncupatus, quem ad Ioannem Abbatem Rhaithuensem, ab ipso rogatus, misit ». — Scalae praemittuntur: Index in XXX λόγους, qui dicuntur etiam βαθμοί vel ἀναβάσεις, sive gradus, quibus ad coelum adscenditur f. 17. II. Epistola Ioannis Rhaitheni ad Ioannem Sinaitam f. 18. III. Epistola Ioannis Sinaitae ad Ioannem Rhaithenum f. 19. IV. Prologus Scalae (τὸν λόγου, οὗ ἡ ἐπινομία πλάκες πνευματικαὶ ἰ. κλίμαξ θεῶν ἀναβάσεων) f. 20 v. V. Vita Ioannis Sinaitae a Daniele monacho per compendium conscripta f. 21. Gradus primus inscribitur: Περὶ τῆς ματαίου βίου φυγῆς καὶ ἀναχωρήσεως f. 25. Ultimus, seu XXX: Περὶ τῆς (sic) συνδέσμου τῆς ἐναρέτου Τριάδος ἐν ἀρεταῖς etc. Claudatur Scala Epilogo ad Pastorem τῶν λογικῶν θερμμάτων f. 201 v.

